

EPISTOLA

bium illud: Homo homini lupus: vt & al-
 terum in prioris generis homines: Homo
 homini Deus. Cum itaq; semper operam
 dederim, vt pro mea virili, quibuscunque
 possem opitularer, nec aliud in quo istud
 efficere habere, statui vel in hoc Pla-
 toni obedire admonenti, ne me mihi soli
 natum esse villo modo existimarem. Qua-
 re, cum iam dudum me totum sacrarū li-
 terarum lectioni dedidisset. Cumque in
 ea nonnulla loca inuenissem, quæ inter se
 dissidere viderentur, operæ pretium me fa-
 cturum putavi, si ea, quo modo intelligi
 deberent, ostendens, locorum conciliatio-
 nem aperire, ne quid esset, quod in priorū
 mentibus difficultatem patiens, illos à tā
 dulci, tamq; fructuosa lectione auocaret.
 Quāquā verò haud me latet, quā diffi-
 cile sit, omnibus cumulatè satisfacere, cū
 varia sint hominum iudicia, & quot capi-
 ta, tot sententiæ, vt inquit ille, non tamen
 propterea deterritus sum, quo minus ea
 quæ mihi longo studio & labore compa-
 raui, cæteris quoq; impartirer. Accesserunt
 præterea quorūdam meorum amicorum
 preces, qui me quotidie extimulabāt, nul-
 lumq; rogandi finem faciebant, vt perge-
 rem: